

1528 a 29. Junij

297

Petrus Tomicki, Sigismundo I. regi Poloniae.

103

Sacra regia maiestas et domine domine de:
mentissime. Post humilem servitutis et oratio:
num mearum commendationem. Consules civi:
tatis Cracoviensis cum isthuc ad maiestatem
vestram nuntios suos mitterent de petenda
immunitate prestationis suae, qua Schos apel:
latur, aliisque negotiis ad communitatem suam
pertinentibus, petierunt à me ut illos per li:
teras maiestati vestre serenissima commendarem.
Quare ego illorum precibus et necessitate peri:
motus, commendo illos quantum possum ma:
iestati vestre, et illam vehementer rogo, ut me:
mor calamitatis eorum, habere dignetur peti:
tionis, quam apud illam facient, dignam et
benignam rationem. In quo rem piam et se:
dignam faciet maiestas vestra, et ei suae ci:
vitati summe necessariam. Commendo me
rursus servitutumque meam maiestati vestre
serenissima, quam felicissimam esse, et diu cum
serenissima coniuge sua et liberis incolumem
vehementer desidero. Datum Cracovia die sani:
ctorum Petri et Pauli apostolorum, anno Do:
mini 1528/

